

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Decreta

Brant, Sebastian

[Basel], after 1. März 1499

Sessio vicesimasecunda der condemnatione libelli

[urn:nbn:de:bsz:31-313515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313515)

Sessio vicesima secunda

fecerint trium mensium fructus ipsi ecclesie applicandos ipso facto amittant. Et quod diuina non resuscipiant nullos ex ipsa ecclesia pueri percipiant.

¶ De tenentibus capitula tempore misse.

Prohibet hec sacra Synodus ut tempore misse maioris presertim diebus sollemnibus capitula seu actus capitulares aut alij tractatus per canonicos non celebrentur. Nisi forte vrgens et euidentis ingruerit necessitas. Qui vero ad talem horam capitulum indixerit a distributionibus quotidianis per hebdomadam sit suspensus. neque ipsi canonici pro illa hora ipsas distributiones lucrent.

¶ De spectaculis in ecclesia non faciendis.

Terpen etiam illud abusum in quibusdam frequentatum ecclesijs quod certis annis celebrantibus nonnulli cum mitra baculo ac vestibus pontificalibus more episcoporum benedicunt. alij ut reges ac duces induiti quod festum fatuorum vel innocentium seu puerorum in quibusdam regionibus nuncupatur. alij laruales ac theatrales iocos. alij choreas et tripudia marium ac mulierum facientes homines ad spectacula et cationes mouent. alij comestiones et conuiuia ibidem preparent. hec sacra Synodus detestans statuit et iubet tam ordinarijs quam ecclesiarum Decanis. et rectoribus sub pena suspensionis omnium prouentuum ecclesiasticorum trium mensium spacio. nec hec aut similia ludibria. nec etiam mercantias seu negociationes nundinarum in ecclesia que domus orationis esse debet. ac etiam cimiterio exerceri amplius permittant. Transgressoresque per censuram ecclesiasticam aliaque iuris remedia punire non negligant. Omnes autem consuetudines statuta ac privilegia que hijs non concordant circa hec decretas nisi forte maiores adijcerent penas irritas esse hec sacra Synodus decernit. Datum in sessione publica in ecclesia maiori Basiliensi. sollemniter celebrata die Jouis nona mensis Junij Anno domini Millesimoquadringentesimo tricesimo quinto.

¶ Sessio vicesima secunda de condemnatione libelli.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam. Cum inter cetera peccatis opera ad conferuendam fidei catholice veritatem extirpandosque errores et hereses. hec sacra Synodus potissime conuenit nostre sollicitudinis precipuum studium est. illico ut pullulare aliquid nouerimus quod fidei christiane puritatem offendere et splendorem luminis in mentibus fidelium quomodolibet obnubilare possit penitus rescindere. agrumque dominicum a noxijs zizanij et vepibus cum omni diligentia expurgare. Proinde quedam libellum editum a magistro Augustino vulgariter dicto de roma.

Sexuo vicesimasecunda

archiepiscopo Nazareno. Locus primus tractatus de sacramento unitatis christi et ecclesie siue de christo integro intitulatur. Secundus de christo capite et eius indito principatu. Alius de charitate christi circa electos et eius infinito amore tanquam non sanam et erroneam in fide doctrinam continentem cum suis defensoribus damnat et reprobat. Et potissime scandalosam illam assertionem erroneam in fide in ipso libello contentam / quam pie fidelium aures sine horrore audire non possunt videlicet christus quotidie peccat / et ex quo fuit christus quotidie peccavit / quavis de capite ecclesie christo Jesu salvatore nostro dicat se non intelligere sed ad membra sua que cum christo capite unum esse christum asseruit intelligentiam eius esse referendam dicat. Necnon et propositiones istas et eis in sententia similes quas in articulos damnatos in sacro Constantien. concilio incidere declarat videlicet non omnes fideles iustificati sunt membra christi / sed soli electi filii naturaliter in perpetuum regnaturi cum christo. Secundum ineffabilem presentiam dei summum membra christi / ex quibus constat ecclesia que tamen non constat nisi ex eis qui secundum propositum electionis vocati sunt / non sufficit christo unum vinculo charitatis ut aliqui efficiant membra christi. Sed requiritur aliam unio / has etiam que sequuntur. Humana natura in christo vere est christus / humana natura in christo est persona christi. Ratio suppositi talis determinans humanam naturam in christo non realiter distinguit ab ipsa natura determinata. Natura humana in christo penultimo est persona verbi / et verbum in christo natura assumpta est realiter persona assumpta. Natura humana assumpta a verbo ex unione personalis est veraciter deus naturalis et proprius christus secundum voluntatem creatam tantam diligere naturam humanam unitam persone verbi quantum diligit naturam divinam. Sicut due persone in divinis sent equaliter diligibiles. Ita due nature in christo humana et divina sunt equaliter diligibiles propter personam communem. Anima christi videt deum tam clare et intense quantum clare et intense deus videt seipsum. Quasquidem propositiones et alias ex eadem radice procedentes / in predicto libro contentas tanquam erroneas in fide damnat / et reprobat hec sancta synodus. Ne igitur per huiusmodi doctrinam in errore quempiam fidelium prolabi contingat districte precipit. Ne quisquam prefati libelli doctrinam / et presertim suprascriptas propositiones ut permittitur damnatas et reprobatas / ac etiam eius tractatus defensorios docere predicare defendere aut approbare presumat. eos autem qui secus egerint tanquam hereticos / et alias animadversione canonica puniendos decernit. In nullo autem per hec derogare intendit / dictis aut scriptis sanctorum doctorum in prenomatis materijs loquentium quinimo / ea recipit et amplectitur iuxta eorum veram intelligentiam per eos aut alios catholicos doctores in theologia scola communiter exposita et declarata. Nec per hanc sententiam persone prefati auctoris iudicare intendit hec eadem sancta synodus. Quia si debite vocatus fuerit causas tamen absente allegavit / et in aliquibus suis scriptis / et alias doctrinam suam dicitur

Sessio vicesimatertia

minationi ecclesie submissis. Ceterū hec sancta synodus mandat et p̄cipit omnibus archiep̄is Ep̄iscopis cancellarijs vniuersitatū et inquisitoribus hereticę prauitatis / ad quorū spectat officij / quatenus diligentiā solertē adhibeant / et p̄uideant / ne aliqui dictos librū et libellos defensorios habeant aut p̄sumant penes se cōseruare aut tenere / immo ipsos p̄dictis assignare habeant vt de illis faciant pur iura disponent / alias cōtra tales canonica animaduersione p̄cedatur. Datus in sessione publica in ecclesia maiori Basiliens̄. solēniter celebrata idus octobris. Anno a natiuitate dñi. M. cccc. rrry.

¶ Sessio vicesimatertia de electione summi pontificis.

Sacrosancta generalis synodus Basiliens̄. in spiritu sancto legitime cōgregata vniuersalē ecclesiā representās. Ad perpetuam rei memoriā. Quoniā salus populi pastor bonus merito hanc sanctā synodū quantū pro humane legis fieri potest industriā nitī decet / vt romanus pontifex qui gregis dñici p̄mus et summus est pastor talis fiat talisq; p̄seueret / qui cunctarū animarū saluti ac totius christiani orbis vtilitati p̄uideat / et tanto officio digne satisfaciāt. p̄inde cōstitutiones tam sacrorū conciliorū q̄ summorū pontificū / super romani electione pontificis editas innovās hec sancta synodus et eis quedā salubria adijciens. Statuit vt quocienscūq; sedem apostolicā vacare contigerit sancte romane ecclesie cardinales p̄sentes in loco quo summi pontificis electio celebrāda est decima die postq̄ sedes vacauerit omnes in capellā aliquā vel locū prope cōclauē cōueniant. Inde p̄cedente cruce bini cū deuotione cantādo. Veni creator spiritus. Incedētes locum cōclauis ingrediant. Quo non nisi duos familiares necessarios quilibet introducat. Cerimoniarū autē gratia duo clerici quorū saltem vnus sit notarius etiā admitti possint. Lamerarius vero cū his q̄bus p̄clauis custodia cōmissa fuerit curet ne quis p̄ter p̄dictos cōclauē ingrediat. Ipse autē post ingressum cardinaliū clausis foribus cū deputatis intrat et singulorū cardinaliū cellas diligētē p̄quirat. Exceptisq; infirmorū aut debillū medicinalibus si qua ibidē victualia vel cōfectiones reperiant ammoueat. Etens inde claudens p̄clauis ostiū custodiā sollicitē obseruet / ac singulis diebus Libaria que cardinalibus deferunt accuratē p̄quirat / nec introferri p̄mittat nisi q̄ p̄moderata refectione necessariū videat decretis huius sacri cōcilij p̄mulgatur in quarta et septima sessionibus in suo robore firmiter permanuris. Sequenti die cardinales oēs coram his qui in cōclauē fuerint audita missa de sacro sp̄s sacra sumāt Eucharistiā. Et anteq̄ scrutiiniū t̄choent / ante positis sc̄tis euāgelij s̄ iurent sup̄ hac forma. Ego. N. cardinalis iuro et p̄mitto omnipotēti deo patri et filio et sp̄itu sancto /